



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt LXXXVII. S. Gengvlphi Collegivm Florienense, in d. Leodiensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

150 DE CANONICORVM

fuisse videmus. Nam illis maximam partem
temporum cathedralium dicatam videmus;
B. Virginis enim nomen tricies quater repeti
videmus; Sancti Stephani quindecies; S. Petri
decies; S. Pauli, bis; S. Ioannis Baptistæ, S. An-
dreæ, S. Mauritij. S.S. Geruasij & Protasij ter;
S. Vincentij quater; S. Nazarij bis; S. Martini
bis; Sancti Iusti bis; ceterorum Sanctorum
Sanctorumque semel tantum.

CAPUT LXXXVII.

S. GENGVLPHI COLLEGIVM

Florinense, in d. Leodiensi.

SANCTVS Gengulphus martyr, fuit nati-
one Burgundus, instituto laicus, & Regi
Pipino militari officio coniunctus. De vita &
miraculis, propter crebras barbarorum in-
cursiones pauca fideli relatione comperta ha-
bentur. Quorum vnum est, quod regio mini-
sterio perfunctus, fontem emerit in Capania
quem diuinitus Varennas transtulit, ubi salu-
berrimè exundat, & per eius suffragia multis
adfert sanitatem. vita functus ab amitis suis
VVildefrude & VVildegosa Varennæ est sepultus
in basilica quam ipse construxerat, & dotaue-
rat in honoré S. Petri. Historiam vitæ in car-
mina rededit *Rosuidis*, Abbatissa Gandershei-
mensis. Huc autem ista adferenda putauimus,
quod reliquiæ huius Martyris multis mira-
culis claruerint in parochiali & collegiali
Eccle-

Ecclesia S. Gangulphi, opidi Flotinensis. Unde dictæ Ecclesiæ fundationem, & patroni miracula, peculiari libro Gonzo, quartus Abbas monasterij S. Ioannis Baptistæ Florinen-sis descripsit. Præterea legitur in vernaculis Hollandiæ Chronicis, VVulfranno Episco-po Frisijs Christum adnunciante, Sanctum Gongulphum equitem & Burgundiæ Comi-tem auctoritate & mandato Regis Pipini, po-tentia sacerdotali cooperatum fuisse, eumque ob id toto anno residisse in Medenblic, & Episco-po petente prima iecisse fundamenta Ecclesiæ in Oestvoude.

Addunt nonnulli Gengulphum, Venan-tium, & Pharaildem ex materno latere fratres fuisse Sanctæ Gudilæ: quod ab alijs negatur. Ita ferè Molanus in Natalibus Sanctorū Bel-gij. Quod ad Collegium Canonicorum Flo-rinense attinet, Ioannes Placentius in Catalo-go Episcoporum Leodiensium tradit, id con-stitutū esse an. salutis millesimo octogesimo.

C A P V T LXXXVIII.

HAIBACENSE COLLEGIVM
in Germania.

Collegiata ista Ecclesia in radicibus Al-piū, nō procul à Murnau & VVilheim, fü-data est à Nortberto Comite Hochēvvartēsi, ex familia Anderēsiū Comitū qui fuit Prēpo-situs olim cathedr. Augustannæ Eccl. & postea

K 4

Epis-